vt tempestas remoueatur Et cum mulier la-
borat in partu noua vtensilia tangit ut faci-
lius pariat et alia multa que indiscrete faci-
unt mulieres Noxia sunt quando mulieres ali-
qua faciunt propter que impediatur generare ita ut
enim sunt homicide tot filiorum quot potuissent
concipere partus Contumeliosa sunt que quandoque dant
hominibus mulieres ut cupidius ematur ab eis // Co-
ceditur tamen quod quisque scribat symbolum apostolorum
euangelia oracionem dominicam et alia verba scripture sacre
hec enim potest simpliciter poni super egroto ponere dum modo
nulla alia supersticio admisceatur sed ponatur
tale breue ut deus creator omnium honoretur potest
etiam supponi omnia de quibus assignari potest racio
medicine pro egrotis etiam uel alias pro langu-
ente vti oracionibus ieiuniis et elemosinis
et aliis operibus deo placentibus pro sanitate re-
cuperanda quamquam longe melior languor sit
Vides igitur quod mater ecclesia omnes supradictas supersticiones
ac lune obseruancias horarum electiones tollit et
detestatur sicque incantaciones et breuia voltque
cuncta honesta incipi prosequi et terminari in omni
hora et omni tempore inuocato nomine saluatoris Cui
sit honor laus et graciarum actio per infinita se-
cula seculorum Amen — Anno domini M
cccclx — Explicit liber tempus dominici de Arecio — Johannes hasenbeyn wormaciensis